

Q. K. 517, 23.

Magnificus Academia Francofurtana  
P R O R E C T O R



DN. SEBASTIANVS  
MOLLERVS DOCTOR  
ET PROFESSOR MEDICINAE P V B L.

*Ad solennitatem funebrem.*

Quam

REVERENDVS ET CL. VIR DN.  
M. VALENTINVS PISTORIUS, Eccle-  
sia Cathedralis Archidiaconus fidelis  
Filiola suauissima

E V P H R O S Y N Æ

IV. Nonas Octobr. Anno 96. natæ.

III. Idus Martij Anno 97. denatæ



*Honorificè paratam cupit*

*Omnium ordinum*

*Cives literatos invitat.*

Frankofurti Marchionum  
Typis Friderici Hartmanni Bibliopolæ.







Q. N. 27. 23

DAVID RAVENSTADT  
MAGISTER  
ET PRAECEPTOR MEDICINAE  
CIVILIS ET CHIRURGICAE

RECTOR ET C. VIR. D. N.  
UNIVERSITATIS  
CIVILIS ET CHIRURGICAE  
FACULTATIS

EVANGELICAE



HONORIFICAE

COMMUNIS

CIVIS

FRANCORUM

TYPIGRAPHIA







Vanquam multa est inter veteres sinceræ pi-  
 etatis exsortes lamentatio & querimonia, de  
 vitæ huius miserijs, vt frequenti illarum con-  
 tuitu, alterutrum ~~vt~~ in optatis habeant, aut  
 nunquam se natos, aut illico denatos: non tamen nul-  
 lis illo etiam tempore persuasum fuit, Vitæ conditio-  
 nem haberi posse tranquilliorē, si nube opinionum  
 ab animis nostris reiecta, in singula propius & clarius  
 intueamur. Posidippo quemcunq; nominasses vitæ  
 statum, morbus ipsi erat, calamitas, anxietas: exhibu-  
 isses forum, ipse lites, domum, ipse curas, agrum, ipse  
 labores, peregrinationem, ipse timores, vxorem, ipse  
 molestiam continuò ostendebat. Metrodorus con-  
 tra fori gloriam, domus quietem, agrorum fertilita-  
 tem, peregrinationis laudem, nuptiarum felicitatem  
 ante oculos poni mortalium volebat, cumq; ille de li-  
 beris, *τίνα πόνον, πῆρως ἕπαισι βίον* hic ex aduerso, *τίνα πόνον  
 ἕπεο τις ἕπαισι βίον* non male pronuntiabat. Discrepantis  
 sententiæ causa facilè princeps, quod alter per nebul-  
 lam & aquam vt dici solet, nostra aspiciens, ob cir-  
 cumfusam errorum malorumq; turbam, ex nulla  
 re certam caperet delectationem: alter instar Helio-  
 tropij ad veritatis solem ratione obversa, inter ærum-  
 nas vitæ multiplices, plures observaret commodita-  
 tes. Id profecto nostris etiam hominibus, qui sanctæ  
 Rationis pondere tanquam laburrâ, versantem mentis  
 navem stabilivere, aliter videri non potest, nisi quod



plura nobis à provido illo rerum nostrarum modera-  
tore obveniunt bona, maiora commoda, potiora mi-  
nera, quàm animus, præcipuè æger, advertat, sentiat,  
intelligat. Vnum hoc placidis spectemus animis.  
*πολυτεκνία* inter alia divinæ benignitatis argumenta, quan-  
tum, & quàm eximium est, siue ad autorem ipsum, si-  
ue ad Sobolem, quæ est *εὐτυχία θεῶν* iuxta Plutarchum, si-  
ue ad generis tui incrementum, siue ad alia cogitatio-  
nem referas? & audias tamen, quos non tam egestas  
quam opum retinendarum cupiditas, aut certè pusilla  
nimitas de numero prolis conqueri impellit: videas a-  
lios, qui non sibi creditos, non aliquamdiu donatos,  
sed mancipatos volunt perpetuo liberos, alios qui se  
*ἀτέκνους* & orbatos planè existimant, vbi secum non ha-  
bent amplius, quos amant. Quibus omnibus si ob-  
versaretur scripturæ autoritas, & ex illa, primis qui-  
dem divinæ benedictionis vbertas, alteris, donantis  
libertas, tertijs cum revocantis potestas tum exequi-  
tium felicitas: haud scio, an non singuli in vita et-  
iam hac beatos se certò statuerent, fidenter dicerent,  
ad sententiam veteris Comici *μακάριος ὅστις εὐτύχησεν εἰς τέκνα*.  
At enim vero, ne absurdum forte videatur cuiquam,  
illum à nobis in certo felicitatis gradu collocari &  
*πολύτεκνον* adhuc vocari, qui tot suorum extulerit funera:  
piè meditabitur quisq; secum, non esse alium cuius  
iussu decedunt mortales siue summi siue minimi, quam  
cum



eum, circa cuius voluntatem ne passerulus quidem  
in terram cadit, eum, qui dedit, repetere, eum vocare,  
qui in coelis regnum paruulis confirmat esse paratum,  
Deum inquam misericordem, cui nostros precibus offerre,  
pietatis est tradere in baptismo complectendos,  
necessitatis est, in quantum tandem, depositi instar  
reddere æquitatis est. Est inq; diuersum & acerbum  
à carne nostra proficiscitur iudicium, quæ colligit,  
miserrimum Sempronium, cui duodecim filij morte  
abrepti immatura, infelicissimam Nioben, cuius  
dolori ex quatuordecim liberorum funeribus nunquam  
cicatrix obducipoterat: calamitosissimum Auarorum  
regem, cui vna dies septem ex aspectu amplexuq;  
filios abduxit: afflictissimum Iobum, cui septem  
filios & tres filias ruina domus oppressit: ratio  
tamen melior, Ethnicos sollicitudine magna levatos  
& regendæ sustentandæq; sobolis cura tempestive  
exoneratos persuadet: Veritas oraculorum cœlestium  
pijs, paternam DEI voluntatem, quæ vna rerum  
omnium mensura est, teste Ambrosio, quotidie proponit,  
inq; hac totos iubet conquiescere. Et quis Viro  
in sacro ordine venerando, inter doctos eximio,  
inter amicos nostros præcipuo Domino M. Valentino  
Pistorio Ecclesiæ superioris Archidiacono *ἀποχρίαν & ἐπιστολὴν*  
deinceps obijciat? quando octavam iam non amittit  
sed ad cœlos præmittit sobolem, filiulam Euphrosynē,  
eamq; nõ inevitabili astrorum rigori, sed in  
effa-



effabilius permittit Amori, qui se Patrem esse nostrum  
DE V Mq. nostri seminis, toties verbo, toties opere  
illustri contestatus est. Audit illud Q. Calabri, in orbis  
tate liberorum perniciosam, molestem degi vitam, &  
calamitates vndiq; super effundi: sed audit tantum,  
ad animum non admittit, quod sacris obfirmatus, no-  
vit, terrestrem in *q*iam, coelestem esse copiam: didicit  
ex Augustino, non inominibus non gaudendum prole tem-  
porali, exultandum, si iungantur DE O: ex Hiero-  
nymo, in familia numero computandum, quicquid  
ad Dominum revertitur: ex ore Christi toties quod  
audiit: Sinite parvulos ad me venire & ne prohibite  
illos &c, nunquam non firmissimum sentit esse, carnis  
prohibentis remedium. Ab aspectu Planetarum li-  
tali hanc ipsi esse calamitatem Astrologus fortasse con-  
tendet: ab aspectu misericordiae DEI vitali agnos-  
cat hanc esse felicitatem Theologus, postquam suos  
mature in eum novit translatos locum, cuius possiden-  
di causa nobiscum spirat & suspirat ipse postquam  
non anxia affligitur dubiae educationis cura, non me-  
tu trahitur amittendorum, non angore ditandorum,  
postquam thesaurum sibi in coelis reconditum te-  
net, quem nulla temporum improbitas, nulla fati a-  
speritas est interceptura: Quam misera sit infantum  
in his terris vita, variolae, morbilli, exanthemata, fe-  
bres, epilepsia, & tot pene mortes quot morbi, tot  
morbi quot dies, facile probaverint: in filiola sua Dn.  
Pistorius



Pistorius satis deprehendit, quæ variolis prius afflicta, Epilepticis tandem convulsionibus occubuit, & plurimum morbum, quos secutura forte advexisset, atas sensum, ante sensum exactiorem siue magno sensu terminavit, ad superos, a litis instar, subito evolavit. Sacro igitur verbi celestis balsamo, novatum toties cordis sui vulnus Parens moestissimus curet, inq; felicitatis parte omnino ponat, quod liberos tot miseris nostris exemptos, in coelo, non in hoc orbis coeno iunctos habet, nec amplius in terris at sursum beatam quærat, & matri (cuius affectum non nisi quæ mater sentiat,) quærendam ostendat *ἰνφροῦ.* *iii*, inq; octonario sobolis suæ numero ita tristem compleri oret luctum, vt à prole superstitie nomen, famam & ad quam nostra uergunt omnia DEI laudem efflorescentem diu lætus conspiciat. Id cum impensè faciat, nostrum omnium erit, votis, ipsius prosequamur studium, & quibus in luctu Spirituale optamus gaudium, hos externo etiam pietatis officio cupidissimè solemur, & præsentia nostra, cum quid de infantum piorum obitu iterum sentiamus, tum quid de impendente nobis in horas Periodo extrema statuamus, publicè testemur: ac quemadmodum fluvij per media maria transire dicuntur, & servare suam vndam, sic DEO per circumfusos malorum omnium fontes vnicè subiecti, falsidinem nullam ex hoc moerorum pelago trahamus, sed & nos, & nostros, &



95 Th 8758 X221298

& nostra, si quæ nostra, DEO, vbi extremus ille in-  
cumbet cuiq; terminus, lubente & gaudente animo  
reddamus. Erit enim, erit ille dies, qui nostros no-  
bis, qui nos nostris, qui nos nostrisq; DEO sociabit  
amore indissolubili, honore inexplicabili, splendore  
interminabili. V.


C. P. D.



M







B.I.G.

Farbkarte #13



Academia Francofurtana  
DIRECTOR



ASTIANVS  
VS DOCTOR  
FESSOR MEDICINAE PUBL.

nitatem funebrem.

Quam  
VS ET CL. VIR DN.  
VS PISTORIUS, Eccle-  
s Archidiaconus fidelis  
la suavissima

HROSYNÆ

Anno 96. natæ.  
Anno 97. denatæ



icè paratam cupit  
um ordinum

eratos invitat.

ofurti Marchionum  
i Hartmanni Bibliopolæ.